

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ I.U.D.  
Cod. Prof. ... Ad Funus Quod ... luveni Johanni Meinicken/ A moestissimis  
Parentibus Hodie ... parabitur. Omnes & omnium ordinum Cives Academicos ...  
invitat**

Rostochii: Kilius, 1660


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770475167>

Druck Freier  Zugang




Willebrandt, A.,  
in  
**J. Meinicke.**  
Rostock, 1660.

38.







PROGRAMMA  
Quò  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
ALBERTUS Willebrande/ J. U. D.  
Cod. Prof., Ducal. Consist: Asfessor,


AD  
FUNUS

Quod  
*Humanissimo, Probissimo, literatissimo Juveni*

JOHANNI  
Weincken/


A moestissimis Parentibus

Hodiè circa primam in Æde D. Jacobo  
Sacrà parabitur.

Omnes & omnium ordinum Ci-  
viliu Academicos, sedulò ac officiosè  
invitat.

ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.





RECTOR  
ALBERTUS Willebrand/ D.



Impudens & temeraria sic illa, cujuscunquè hominis eloquentia; quæ Mortis suam in genus humanū potestatem exprimere conetur. Quæ nihil diurnare permittit in hac Universâ mūdi machinâ, quod mortale superet fastigiū. quæ lethale jaculū erga quosvis, cujuscūq; cōditionis, ætatisq; fuerint, vibrat, & frustra reluctantibus desideriiis animā evocat. *Hæc quippe est lex universi, nasci, surgere, languere, mori, & [ uti inquit eruditissimus Lipsius ] velut lampadem hanc vitæ alii aliis tradimus, successionem istâ æterni.* Et proh dolor! nulli truculentissima ac inevitabilis Mors parcit ætati, nulli dignitati: hic adolescens decedit, infans alter, senex alius; ita primos



primos in medio præscindit florē, mediorum interrumpit principia, & in semine etiam perimit, hos maturos excipit, sed nequē tempori indulget; hic enim inter cœnandum solvitur, alteri mors somnō cōtinuatur; vix antē inchoatam voluptatem & honores funestavit alius, & secuit gaudia ac speratas sæpius quàm occupatas dignitates. Ille ferrō, venenō alius, aut ruinā, lento alius stillicidiō, celeri alius & tanquam validō imbre aut fluctib9 oppressus, aut fulmine jactus jacet. Expert9 est hæcce, inter infinitos alios, in se ipsō, pientissimus atque integerrimus Juvenis JOANNES Meinicke. Qui A. D. 1634. die II. Jan., circa horam V. in Vicinā nobis Urbe Vismariæ scilicet fuit progenitus. Patre Honoratissimo DAVIDE Meinicke Cive & Mercatore ibidem non postremo. Matre Virtuosissima DOROTHEA Dörners. Viri Reverendi & Doctissimi DN. MARTINI Dörner/ Pastoris olim Perlinensis juxta Gadebuscum meritissimi filiā. Avus Paternus ejus erat Vir Eximius DN. HENRICUS Meinicke/ Civis & Negotiator Vismariensis. Avia Paterna Mulier probatissimæ bonitatis MARIA Grimmen/ piē defuncti GEORGII Grimmen Civis & Pistoris Vismariensis filia. Avum maternum agnovit Præstantissimum Virum DN. MARTINUM Dörner/ Pastorem


storem Perlinensem [ut superius commemoravi-  
mus] vigilantissimum. Aviam autem maternam  
Matronam Virtute conspicuam CATHARI-  
NAM Greinowen/ Pastoris olim Gadebulcensis  
laudatissimi DN. M. ELIÆ Greinowen/ filiam. Ex  
his honestis pientissimisq; Majoribus noster san-  
ctè defuncto suam duxit originem, Ab ipsis a. vitæ  
incunabulis ad studia Virtutesq; propendebat, in  
illisq; gnaviter ab optimis parentibus educabatur  
ac instituebatur. Orthodoxæ fidei Catechismum  
publicè Vismariæ coram populò & plebe devo-  
tissimè antehac recitabat. Cum autem ad sanctio-  
ra studia singulari flagraret desiderio, à suis inte-  
gerrimæ mentis Parentibus, ab iisdem, nō abstra-  
hebatur; quorum, in Scholâ patriâ, egregia jec-  
erat fundamenta; uti hujus rei, Præceptores ipsius,  
luculentum eidem præbuerunt testimonium.  
A. D. 1653. missus erat Vismariâ Lubecam, ubi  
tum in hospitio tum in Scholâ, piam, modestam,  
honestoq; juvene dignam traduxit vitam; quod  
honestò testimonio DN. Scholæ Lubecensis Re-  
ctor, clarissimè comprobavit. A. D. 1655. Mense  
Februario, contulerat se ad hocce nostrum Sapi-  
entiæ ac Artium liberaliū Emporium, studia sua,  
in ipsò, ad Altissimi gloriam seriò inchoaturus.  
Quanquam verò necessitate sic urgente, Honora-  
torum

torum Virorum liberos, & quidem magnâ fidelitate ac sedulitate informare debuerit, studium nihilominus Theologicum Divinâ Providentiâ, exemplôq; suorum Venerandorum majorum inceptum, sedulò continuavit; Professorum Academia, aliorumquè Phil. & Artium Magistrorum Collegia semper frequētavit, nullumq; ex ipsis, donec feliciter finiret neglexit. Publica sacrarum Concionum Exercitia (quandocunq; se occasio porrexerat) non intermisit. In quibus populum ac plebem ad supremi Numinis cultum, atq; pietatem excitare ac commovere non destitit. Antè omnia verò, ergâ Magistratum, DEI ipsius in hisce terris vicarium, obedientiam ac observantiam; erga hospites gratitudinem, lucè clarius demonstravit; quod ipsū, ejus per quatuor annos hospes, Vir Reverendus plurimum, Clarissimus, DN. M. THEOPHILUS Großgebaur / Verbi DEI ad S. Jacobum Minister religiosissimus, ingenuè confitetur. DEI ille solius cultum atq; pietatem cæteris rebus anteponebat, abstractus à malorum consortiō, Sacrosanctam Evangelii legem ac divinos libros nocturnâ diurnâquè versabat manu, omniumq; bonorum sibi conciliabat amorem; solis illis exceptis, qui fœdissimis suis moribus, Academiae hujus splendorem famamquè turpi-


turpiter obumbrant. Tandem 13. Aprilis nuper elapsi, de quodam capitis dolore ac virium imbecillitate conquestus, mox die 16. ejusdem Mensis in lectum prolapsus fuit. Et non defuerunt quidē ipsimet medicamenta, contra horrendum & ipsi ferè naturæ repugnantē æstus, à Viro Excellentissimo, Experientissimo DN. JOHANNE BACKMEISTERO, Med. Doctore & Professore celeberrimo, Collegâ nostro dilectissimo, fideliter ac prudenter suppeditata. Cum tñ. ille piissimè denatus, morbi hujus vehementiâ ac contagionem, illis remediis ipsis, minimè expugnari posse, finēq; vitæ suæ, Deo sic disponēte sibi imminere adverteret, ideò tēpestivè semet ad sanctū ex Vitâ discesū præparabat; sibi ipsi solatia maxima è Divino Verbo deprompta suppeditabat. Dum v. animâ ejus cœlestibus saltem intentam cogitationibus, ante ipsum vitæ agonem, Reverendus plurimùm, Clarissimusque Dominus M. ENOCHUS SWANTENIUS, Archidiaconus ad D. Jacob. vigilantissimus, sanctissimis confortaret solatiis, semper fidelissimum suum ac piientissimum animum, soli Divinæ Providentiæ ac clementiæ infixum declarabat, donec Feriâ Paschatos Secundâ, nempè 23. Aprilis nuper elapsi, horâ 10. matutinâ, placidissimè ac devotissimè in Domino

mino Deo obdormiret, Vitamq; suam laudatissimā, prolixioribusq; (si ita Deo visum fuisset) ob-  
tantas Virtutes, quibus inter suos coætaneos ac  
commilitones egregiè effulgebat, annis dignissi-  
mam occluderet. Cujus exuviæ telluri relictæ,  
cum hodiè, ad horam I. ad tumulum in Sacrà D.  
Jacobi æde paratum, efferri debeant, Vos Ci-  
ves Academiae honoratissimi officiosè ac aman-  
ter oro, ut eas comitatu frequentissimò condecorare non dedignemini; omninò enim hoc  
officium commilitoni ac Socio studiorum, à Vo-  
bis debetur, quod ut & illis, qui nihil nos attingere  
videntur, lubentissimò præstem⁹ animò, lex ipsa  
humanitatis ac religionis Christianæ, omninò po-  
stulat. Ite igitur frequenter Exequias huic opti-  
marum artium studiis ac virtutibus dedito Juve-  
ni; ite Cives Academiae honoratissimi; & ipsi etiā  
quanquam vivi & sani adhuc, perpendite, quod  
ultimus ille & decretorius dies, qui nostris quoq;  
impender cervicibus, citatò lapsu ruit; & mors  
dudum obversa oculis, tandem suam in nos trās-  
mittit falcem. P. P. Sub Sigillo Reçtoratus  
die 9. Maji. A. D. 1660.

Convenient Cives Academiae in Æde D. Ja-  
cobo sacrà, ad horam primam.














storem Perlinensem [ut superius com  
mus] vigilantissimum. Aviam autem  
Matronam Virtute conspicuam C  
N A M Greinowen/ Pastoris olim Ga  
laudatissimi DN. M. ELIÆ Greinowe  
his honestis pientissimisq; Majoribu  
cè defuncto suam duxit originem. Al  
incunabulis ad studia Virtutesq; prop  
illisq; gnaviter ab optimis parentibus  
ac instituebatur. Orthodoxæ fidei Ca  
publicè Vismariæ coram populô &  
tissimè antehac recitabat. Cum autem  
ra studia singulari flagraret desiderio  
gerrimæ mentis Parentibus, ab iis de  
hebatur; quorum, in Scholâ patriâ,  
rat fundamenta; uti hujus rei, Præcep  
luculentum eidem præbuerunt tel  
A. D. 1653. missus erat Vismariâ Lu  
tum in hospitio cum in Scholâ, piam  
honestoq; juvene dignam traduxit v  
honesto testimonio DN. Scholæ Lu  
ctor, clarissimè comprobavit. A. D.  
Februario, contulerat se ad hocce n  
entiæ ac Artium liberaliū Emporium  
in ipsô, ad Altissimi gloriam seriô i  
Quamquam verò necessitate sic urge

